I. N. J. C. C. E. R.

DISPUTATIO JURIDICA DE JURE ACTIONUM IN GENERE

PRIMA,

QUAM

DIVINA ADJUVANTE CLEMENTIA,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Ampliſſimi & Conſultiſſimi

DN. ULRICI MARBACHII,

J. U. D. Pandect. & Jur. Can. P. P. Collegii Jurid. Senioris & h.t. DECANI ſpectabilis, Patroni, Præceptoris & Hoſpitis jugiter ſuſpiciendi,

Ad diem 2. Aprilis in Auditorio majori horis antemeridianis

Solenni diſquiſitionum alea ſubjiciet

A. & R.

MATTHIAS JACOBUS Rodſch/

Raunovienſis Suevus.

ARGENTORATI,

Literis exſcripſit JOHANNES FRIDERICUS SPOOR.

ANNO M. DCC.

5

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA

65

VIRIS
PERILLUSTRI ATQUE
GENEROSISISSIMA
NOBILITATE,
MAGNIFICA AUCTORITATE,
CONSILIORUM GRAVITATE,
PRUDENTIÆ AMPLITUDINE,
ET
RERUM BELLO PACEQUE GESTARUM GLORIA
CELEBERRIMIS, EMINENTISSIMIS,
SACRATISSIMÆ IMPERATORIÆ MAJESTATIS
NEC NON
LIBERI ATQUE IMMEDIATI
ORDINIS EQVESTRIS
SUEVIÆ
AD DANUBIUM
DNN. DIRECTORI
CONSILIARIIS ATQUE
DEPVTATIS,
DOMINIS MEIS CLEMENTIBUS,

Diſputationem hanc Juridicam
in
Debitæ ſubjectionis teſtimonium
& perpetuæ fidelitatis monumentum
humillime offert
AUCTOR.

66

VIRI PERILLUSTRES atque GENEROSISSIMI

DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, PATRONI ET MOECENATES MAXIMI.

SI ſola mei prodiens fiducia ad vos verba facere auderem, juſta potius temeritatem eam indignatio, quam veſtrum me proſequeretur Patrocinium. Nefas enim foret, ſacras veſtras vigilias, ſanctamq; veſtram providentiam, ſubmiſſa mihi admiranda veneratione, quibus ILLUSTRISSIMI VESTRI ORDINIS Jura atq; privilegia, Genoroſiſſimorum Membrorum ſingulorum Civium & ſubditorum ſalutem, atque otium defenditis, tenui hac mea Oppella interpolare. Niſi, vel Vos, in eminentiſſimo Dignitatis veſtræ & Honoris faſtigio conſtituti, ſereno nihilominus vultu ſubmiſſionem clien-

centum, etiam infirmiſſimo conatu oſtenſam intueri dignaremini, vel inſignis illius Clementiæ atque Benevolentiæ, qua Parens meus optimus, in officio ſuo, præfiſcine dixerim, *fideliſſime per aliquod luſtra (ADJUVANTE DEO & SUB VESTRA DIRECTIONE, VESTRIS CONSILIIS, AC VESTRIS AUSPICIIS) admininiſtrato, fuit gaviſus, luculentos radios in me quoque, quamvis indignum, atque immerentem, Paterno derivari beneficio didiciſſem. Hoc eſt, cujus intuitu VOBIS ſtudij mei Juridici primitias, in ſpecimine hoc Academico conſecrare, eaſdemque libentius atque fortius ad pedes veſtros humillimè deponere conor, cujus immaturam forte productionem, vel hæc ſaltem ſuſtinebit ratio, quod ne nimis diu debitus devoti ac ſubmiſſi animi cultus ſuſpenderetur, præcipiti hac eruptione peccare, quam humiliſſimi Obſequij, in quo jam diu jus habuiſtis quæſitum, longius differre maluerim argumenta. Exiguum igitur mei Ingenij fœtum non aſpernati, VIRI PERILLUSTRES, eo me favore fovere pergite, qui ad omnia ea, quibus tum indefeſſa honoratiſſi-*

67

mi mei Parentis cura, tum DNN. Profeſſorum atq; Præceptorum meorum venerandorum & publica & privatiſſima informatio, tum proprium inſtruxit, inſtruetq; ſtudium qualecunq;, veſtris conſecranda ſervitiis, mihi fuit incitamento DEUS TER OPT. MAX. DIVINA ſua Providentia, RES veſtras publicas gubernet, COELESTI prudentia Prudentiſſimis veſtris conſiliis benedicat, ſecundum INFINITAM ſuam miſericordiam actiones veſtras regat, augeatque, liberaque & diuturna frui tranquilitate patiatur. VOS verò, PATRONI MAXIMI, vita longæva, valetudine vegetâ omnique proſperitate beatos protegat. MECOENATES mihi conſervet, qui ad vitæ meæ tempus exiſtere ſatago

Perilluſtrium atque generoſiſſimarum
Veſtrarum Dignitatum nominibus

Humilitate, Oſequiio,
devotione cliens religioſiſſime addictus

MATTHIAS JACOBUS Kuoſch.

In Nomini Domini noſtri Jesu Christi

ad omnia conſilia, omneſque actus ſemper progredimur

l. 2. C. de offic. Præf. Prætor. Affricæ.

Præloquium.

GRavis eſt, poſt Senecam, Joh. Petri de Ferrariis Papienſis, Juriſconſulti quondam celeberrimi, in fine præfationis aureæ ſuæ praxis admonitio. *Quanta*, inquientis, *dementia eſt, ſupervacua diſcere, in tanta temporum egeſtate, & ex hoc tempore, quod nec ſufficere ad neceſſaria quidem poteſt, etiamſi diligentiſſime cuſtoditum fuerit, majorem partem in ſupervacua erogare.* Quæ ſententia, uti in omnibus diſciplinis accuratius tractandis, vera invenitur, ita eandem Juris noſtri ſtudium, in quo, quaſi per medium profundum eundum, veriſſimam eſſe luce meridiana clarius oſtendit. Quod ſi autem in Juris arte argumentum nominandum, in quo ſupervacua occurrunt; in quo malitia hominum plura invenit, quotidie nova addit, in quo ſolertia & experientia Peritorum, cautelas, ſæpius forſan abundantes, ad calumniantium technas evitandas, docuit, obſervavit,

vit, & anxie commendat, certè actionis Jura illud abſolvent. Cæterum, quod neceſſitatem & utilitatem attinet, comendatione ea non egent, cum ipſa ſe commendent ſatis. Si quæ enim in jure noſtro materia reperiri poterit, hæc ipſa eſt, quæ auro & argento plena, ſecundum *Imolam ſuper Titulum Digeſtorum de Vindic.* Hæc ipſa univerſalis eſt, quæq; ſe per univerſum juris corpus diſſeminat, & abſorbet, quicquid fere reperitur in libris juris; Ut rectè dictum fuerit, eum, qui novit actiones, omnia probè noviſſe. Hæc ipſa difficilis eſt, quia brevis & intricata ab initio, quæ plerorumque Interpretum vexavit ingenia, & nulli non remoram aliquam, dum per latifundia Themidis ſpatiatur, injecit. Hæc ipſa commodiſſima & utiliſſima eſt, & quaſi totius Juriſprudentiæ effectus per hanc obtinetur, quod ſine actione experiri nemo valeat. *l. exſtat.* 13. *ff. quod. met. cauſ. l. ſi pupilli.* 6. §. *ult. ff. de negot. geſt.* Quæ cum ita ſint, profectuum ſtudiorum in almâ Dillingenſi & celeberrima hac Univerſitate per triennnium & quod excurrit, *adjuante* DEO, acquiſitorum Specimen ſolenniter editurus, de Actionibus in genere diſputationem primam, & in ea quaſdam poſitiones, nihil inutile, nihil perperam, ſed quod in ipſis rerum argumentis obtinet, continentes, conſcribere conſtitui; partim, quo, ante Examina Doctoralia, DEO VOLENTE, ſuſtinenda, *Ampliſſimi Collegij Juridici* legibus pro virili meo, debita cum obſervantia, morem geram, partim, quo honoratiſſimi PARENTIS MEI mandatum ſancta filialique reverentia obſervem. *Faxit DEUS, ut in Ipſius honorem, Commilitonum atq; mei utilitatem, opus hoc ſuſcipiatur, procedat, ac terminetur.*

CONNE-

CONNEXIO

Tituli Inſtitut. De Actionibus.

Lib. IV. Tit. VI.

Actio forenſis docetur in
- Continuatione, *Supereſt, ut de actionibus loquamur.*
- Definitione, *Actio nihil aliud eſt, quam jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur* princ.
- Diviſionibus, quæ deſumptæ ſunt à cauſa
  - a 1. efficiente,
    - b propinqua, Hæc docetur in
      - genere. *Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud judices arbitrosq; de quacunq; re quæritur, ſumma diviſio in duo genera deducitur, aut ENIM IN REM ſunt, aut in PERSONAM.*
      - ſpecie, quoad actionem in
        - perſonam. not. deſcriptio; *Actiones, proditæ, quibus agitur unuſquiſq; aut cum eo qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio, per quas intendit, adverſarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibuſdam modis.*
        - rem. Harum not.
          - deſcriptio: *Actiones, prodita, quibus quis cum eo agit, qui nullo jure ei obligatus eſt, movet tamen alicui de aliqua re controverſiam.* §. 1.
          - exempla, veluti, ſi rem
            - corporalem poſſideat quis. Appellatur hæc actio vindicatio.
              - *Eſt actio in rem, quam Titius (actor) ſuam eſſe affirmat, & intendit, poſſeſſor autem dominum ejus ſe eſſe dicit.*
            - incorporalem, veluti ſervitutem ſi quis prætendat. Datur actio.
              - confeſſoria, qua vindicatur ſervitus vel
                - perſonalis. *Actio in rem, qua quis agit, jus ſibi eſſe fundo fortè vel ædibus utendi fruendi.*
                - realis, prædiorum
                  - ruſticorum. *Actio in rem, qua quis agit jus ſibi eſſe, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi.*
                  - urbanorum. *Actio in rem, qua quis agit, veluti, jus ſibi eſſe, altius ædes ſuas tollendi, proſpiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes.*
              - negatoriæ, vel negativæ, quarum traditur
                - definitio. *Actiones contra vel invicem de uſufructu, & de ſervitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum urbanorum prodita, quibus quis jus adverſario non eſſe, intendit; veluti*
                - exempla; *utendi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, proſpiciendive, vel projiciendi immittendivè.*
                - differentia, in
                  - regula, *quod genus actionis negatoria in controverſiis rerum corporalium proditum non eſt.*
                  - ratione; *nam in his, is agit, qui non poſſidet, ei verò qui poſſidet, non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe.*
                  - exceptione, *quod ſane uno caſu, qui poſſidet, nihilominus is actoris partes obtineat.* §. 2.

a b

A

a
b remota, quæ proponitur
c in ſe, quod actiones, vel ſint
civiles, *quæ ſunt, quæ ex legitimis & civilibus cauſis deſcendunt, quarum mentionem habuit Imp. & ſi quæ eis ſunt ſimiles.*
prætoriæ, docentur, in
genere, in
definitione, *quas prætor ex ſua juriſdictione comparatas habet,*
diviſione, *tam in rem, quam in perſonam.*
exemplis, *ut ecce, plerumq; ita permittit Prætor in rem a ere, ut vel actor dicat, ſe quaſi uſucepiſſe, quod non uſuceperit. vel poſſeſſor dicat, adverſarium ſuum non uſucepiſſe, quod uſuceperit.* §. 3.
ſpecie, quatenus eæ vel ſunt
d certæ, quarum aliæ ſunt
e reales, oriuntur vel ex
dominio ficto, ut
publiciana, cujus docetur
definitio, *Actio in rem prætoria, qua quis rem, aliquam, quæ alicui ex juſta cauſa tradita fuerit, necdum ejus rei dominus effectus eſt, ſi ejus rei poſſeſſionem caſu amiſerit, ſuam eſſe vindicat.*
impulſiva cauſa, ex jure
civili, *quia talis nullam habebat directam actionem ad eam perſequendam, quia dominium vindicare non potuit.*
prætoria, *quod ſanè durum erat, eo caſu deficere actionem.*
formalis, *inventa eſt actio, in qua dicit is, qui poſſeſſionem amiſit, eam rem ſe uſucepiſſe, quam uſu non cepit.*
efficiens, *à Publicio prætore primum in edicto propoſita.* §. 4.
reſciſſoria, notatur
definitio, *Actio in rem prætoria, qua domino permittitur rem, ab abſente uſucaptam, ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, intra annum reſciſſa uſucapione petere.*
forma, *i.e. ita petere, ut dicas, poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe.*
affine actionis genus, *quod Prætor, quibuſdam aliis ſimili æquitate motus accommodat.* §. 5.
alio jure in re, ſcil. pignore vel hypotheca, inde oriuntur actiones
Pauliana; Hujus docetur
definitio; *Actio in rem prætoria, qua, ſi quis in fraudem creditorum rem ſuam alicui tradiderit, bonis ejus à creditoribus poſſeſſis ex ſententia Præſidis, ipſis reſciſſa traditione eam rem petere permittitur.*
forma, id eſt, *dicere eam rem traditam non eſſe & ob id in bonis debitoris manſiſſe.* §. 6.
Serviana, quæ vel eſt
vera. *Actio in rem Prætoria, qua locator prædy ruſtici experitur de rebus coloni, quæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur.* §. 7.
quaſi Serviana, quæ etiam hypothecaria dicitur, notatur
definitio. *Actio in rem prætoria, qua creditores pignora hypothecaſve perſequuntur.*
objectum, in quo, quantum ad
actionem hypothecariam attinet,
nihil intereſt inter pignus & hypothecam ratio. *nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut ſit pro debito obligata, hæc utraq; app. continetur.*
in aliis differentia eſt. nam
pignus, maxime, ſi mobilis, creditori traditur. hy-

c| Perſonales, *quas Prator ex ſua juriſdictione propoſitas habet*, ſunt vel
rei perſecutoriæ, de quibus docentur in
genere, exempla, veluti actio de
conſtituta pecunia, *in quam actio receptitia, ſi quid plenius habebat, ex Conſtitutione Juſtiniani transfuſa eſt; altera ſublata.*
peculio *ſervorum filiorumque familiarum.*
ex qua *quaritur, an actor juraverit, & alias complures.* §. 8.
ſpecie, quatenus ſunt vel ex conventione
ſimplici & extrajudiciali, ut actio de
conſtituta pecunia, not.
definitio. *Actio in perſonam pratoria, qua cum omnibus agitur, qui pro ſe vel pro alio ſoluturos, nulla ſtipulatione interpoſita, ſe conſtituerunt.*
forma, nudo ſc. pacto; *Nam alioqui, ſi ſtipulanti promiſerint, jure civili tenentur.* §. 9.
peculio, docetur.
definitio. *Actio in perſonam, quam ex contractu filiorum ſervorumq; adverſus patrem Dominumve comparavit Prator.*
ratio actionis, ex jure
civili, *quia ex eo pater dominuſve ipſo jure non tenetur.*
prætorio, *aquum ſit peculiotenus, (quod veluti patrimonium eſt filiorum filiarumq;, item ſervorum) condemnari eos.*
jurata, notatur §. 10.
definitio. *Actio in perſonam, quam prætor creditori, qui poſtulante adverſario juraverit, deberi ſibi pecuniam, neq; ei ſolvatur, juſtiſſimè accommodat.*
forma. *Per hanc non quaratur, an ei pecunia debeatur, ſed an juraverit.* §. 11.
pœnales, *quas benè multas ex ſua juriſdictione Prator introduxit veluti de albo corrupto, ſine venia non in jus vocando, nec vocatum vi eximendo, & alias innumerabiles.* §. 12.
d| dubiæ, an in rem, an in perſonam ſint, ut Præjudiciales, docetur.
definitio, *quod ſint actiones in rem, per quas, an aliquis liber, an libertus ſit, vel de partu agnoſcendo quaritur.*
diviſio, quod vel ſint, quæ
legitimam cauſam habent, *per quam quaritur, an aliquis liber ſit.*
ex prætoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt, *ut reliqua.* §. 13.
e| in circumſtantiis, quæ concernunt, vel
formulam actionum, *ſi apparet eum dare oportere*, de qua docetur,
regula negativè, *non poſſe actorem rem ſuam ita ab aliquo petere.*
ratio, *quia quod actoris eſt, id ei dari oportet, ſcilicet, quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat, nec res, qua jam actoris eſt, magis ejus fieri poteſt.*
exceptio, *quod odio furum hac actione fures tenentur, ſi apparet eos dare oportere.* §. 14.
appellationes. quod actiones
in rem appellemus *vindicationes.*
in perſonam *condictiones*, ex ratione, quod
priſca lingua *condicere denunciare fuerit.*
tempore Juſtiniani, *abuſive, quia eo nulla amplius denunciatio fiebat.* §. 15.

70

à materia ſeu objecto, cujus intuitu actiones dividuntur, ratione
- qualitatis; agitur autem de ea in
  - genere, *quod quædam actiones ſint rei perſequendæ cauſa comparata, quædam pœnæ perſequendæ, quædam mixtæ.* §.16.
  - ſpecie, de
    - ſimplicibus, tùm
      - rei perſecutoriis, quales ſunt in
        - rem *actiones omnes.*
        - perſonam vero, notatur
          - regula, *quod eæ quidem, quæ ex contractu naſcuntur, fere omnes rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur.*
          - exempla, *veluti, quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam petit actor. &c.*
          - exceptio,
            - in ſe, *ſcilicet in depoſito, tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa facto, datur à Prætore in duplum.*
            - limitatione, *modo, cum depoſitario ejuſve herede agatur.* §.17.
      - pœnalibus, & docetur.
        - regula, *ex maleficiis proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ, aliæ mixtæ ſunt.*
        - exemplum, *in actione furti, ſive manifeſti, ſive non manifeſti, quadrupli ſive dupli pœna agitur.*
        - ratio exempli, *quod ipſam rem propria actione, ſuam eſſe petens, & condictione perſequatur.* §.18.
    - mixtis, quæ vel
      - verè tales ſunt, notantur exempla.
        - vi bonorum raptorum, *in qua pœna tripli, & res continetur.*
        - actio legis aquiliæ, *adverſus inficiantem, & ſi res in eo anno pluris valuerit.*
        - actio ex teſtamento, *qua petuntur ex mora, relicta SS. Eccleſiis & aliis venerabilibus locis* §.19.
      - tales eſſe videntur, & ſunt ex cauſa efficiente, not.
        - regula, *quædam actiones mixtam cauſam obtinere videntur, tam in rem quam in perſonam.*
        - exempla, *actiones familiæ herciſc. comm. divid. fin. regundorum, quæ de dividenda hereditate, re ſingulari, & finibus regundis dantur.*
        - effectus, judici permittitur.
          - *rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adjudicare.*
          - *ſi unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare* §.20.
- quantitatis, agitur
  - in genere, *Omnes actiones, vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, ulterius autem nulla actio extenditur.* §.21.
  - in ſpecie, vel ſunt tales
    - omnimodo, ut in
      - ſimplum agitur, *veluti ex ſtipulatione & mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & aliis quam plurimis cauſis.* §.22.
      - duplum: *veluti furti nec manifeſti, damni injuria ex lege aquilia, depoſiti, ſervi corrupti, ex legato venerabilibus locis relicto.* §.22.
      - triplum, *qua condictione reus ab actore in triplum conſequitur damnum, quod is nomine ſportularum paſſus eſt à viatoribus, quod majorem vera æſtimatione quantitatem libello conventionis inſeruerit.* §.24.
      - quadruplum, *veluti furti manifeſti, quod metus* cauſa, *de pecunia calumniæ cauſa alicui data, de eo, quod executores contra conſtitutionis normam exegerunt,* §.25.
    - non omnimodo

non omnimodo, in quo à reliquis actionibus differunt, & ſunt vel in

duplum ut (1.) *actio legis aquiliæ & interdum* (2.) *depoſiti, quæ inficiatione duplicantur.* (3.) *quæ competit de iis, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, poſt inficiationem, vel commiſſam moram.* §. 26.

quadruplum, *eſt actio quod metus cauſa, cujus natura tacitè continetur, ut qui judicis juſſu ipſam rem reſtituat actori, abſolvatur* §. 27.

à forma, ſeu potius adjuncti ratione; docetur ea diviſio in

genere. *Actionum autem quadam bonæ fidei ſunt, quadam ſtricti juris.* Hæ actorem & judicem ad certam certæ rei vel quantitatis ſummam & formulam adſtringunt.

ſpecie

proponuntur actiones

bonæ fidei,

in ſe, quatenus

certæ ſemper erant, ex contractibus

nominatis, *ex empto, vendito, locato conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutela, commodati, pignoratitia, familiæ herciſcundæ, communi dividundo,*

innominatis, *præſcriptis verbis de æſtimato & ex permutatione.*

dubiæ olim & incertæ, ut

hereditatis petitio, quod jure

antiquo *incertum erat, utrum hæc actio inter bonæ fidei judicia connumeranda eſſet, propter naturam actionum in rem.*

novo, ſive Juſtinianeo, *cujus conſtitutio aperte eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.* §. 28.

actio de dote repetenda, cujus docetur jus

vetus, *quod fuerat & antea rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis.*

novum in cauſis

impulſiva, *quod actionem ex ſtipulatu pleniorem eſſe invenerit.*

efficiente, *eſt Imper. Juſtinian. conſtitut. in l. ult. C. de R. V. A.* qua multa innovavit.

formali, quæ ipſam legis ſanctionem continet. Eſtque vel

generalis, *quod omne jus, quod res uxoria antea habebat, cum multis diviſionibus in actionem ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerit, merito rei uxoriæ actione ſublata.*

ſpeciales

1. *quod ex ſtipulatu actio, quæ pro rei uxoriæ actione introducta eſt, naturam bonæ fidei judicij tantum in actione dotis meruit.*
2. *quod Imperator tacitam uxori hypothecam in bonis mariti dederit.*
3. *quod aliis creditoribus præferatur in hypothecis, cum mulier ipſa de dote ſua experiatur cujus ſolius providentia hoc introduxerit.* §. 29.

in effectibus, qui differentiam b. f. judiciorum & ſtricti juris docent. Sunt vel

generalis, *quod in bonæ fidei judiciis libera poteſtas permitti videatur judici ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat.*

ſpecialis, qui in compenſatione conſiſtit.

71

a f g ſpecialis, qui in compenſatione conſiſtit, & docetur jus

antiquum in

bonæ fidei judiciis. *In quo & illud continetur, ut ſi quid invicem præſtare actorem oporteat, eo compenſato, in reliquum is, cum quo actum eſt, debeat condemnari.*

ſtricti juris: *in quibus ex reſcripto Divi Marci oppoſita doli mali exceptione compenſatio inducebatur.*

Juſtinianeum, cujus docentur cauſæ

externa. *Conſtitut. Imperatoris in l. ult. C. de compenſat.*

interna ſive formalis, in

regula

abſolutè, *quod Imper. eaſdem compenſationes, quæ jure aperto nituntur, latius introduxerit, ut actionem ipſo jure minuant.*

ampliativè, *ſive ſint in rem, ſive in perſonam, ſive alias quaſcunq;.*

exceptione,

in ſe, *excepta ſola depoſiti actione, cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſane iniquum eſſe crediderit.*

ratione, *ne ſub prætextu compenſationis depoſitarum rerum quis exactione defraudetur.* §. 30.

g Arbitrariæ, quæ docentur in

genere, ratione

appellationis, *quod ita, quia ex arbitrio judicis pendent, vocentur.*

deſcriptionis, *Actiones, in quibus, niſi arbitrio judicis is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat, veluti rem reſtituat, vel exhibeat, vel ſolvat, vel ex noxali cauſa ſervum dedat, condemnari debeat.*

ſpecie, in

exemplis, *quod iſtæ actiones inveniantur in*

rem, *veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni; quaſi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur.*

perſonam, *veluti, quibus de eo agitur, quod vi aut metus cauſa, aut dolo malo factum eſt. Item, cùm id, quod certo loco promiſſum eſt, petitur. ad exhibendum quoq; actio ex arbitrio judicis pendet.*

effectu, *quod in his actionibus & cæteris ſimilibus permittatur judici ex bono & æquo, ſecundum naturam rei, de qua actum eſt, æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat.* §. 31.

f declarantur in circumſtantiis, quæ concernunt vel

judicem, cujus docetur officium

in ſe, *quod judex cavere debeat, ut quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferat.*

ampliatione, *etiamſi de incerta quantitate apud eum actum ſit.* §. 32.

actorem, ne petat vel

plus, cujus officium docetur

a

plus cujus officium docetur in
genere
regula. *Si quis agens in intentione ſua plus complexus fuerat, quam ad eum pertinebat, cauſa cadebat, i. e. rem amittebat.*
exceptionibus, quæ competunt
minoribus,
in ſe, *quod agens non facile in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat 25. annis.*
ratione, *Huic enim, ſicut in aliis cauſis, cauſa cognita ſuccurrebatur, ſi lapſus juventute fuerat, ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat.*
majori viginti quinque annis, iterum
in ſe, *quod ſi tam magna cauſa juſti erroris intervenerit, ut etiam conſtantiſſimus quiſq; labi poſſet, ei ſuccurrebatur.*
exemplo, *veluti ſi quis totum legatum petierit, poſtea, ex prolatis codicillis apparuit, vel partem legati ademptam, vel ob plura legata data, Falcidia ea minui.* §.33.
ſpecie, traditur jus
antiquum
regula, *quod plus quatuor modis petatur, re, tempore, loco & cauſa.*
exemplis, & quidem
RE, *veluti, ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit, aut ſi is, cujus ex parte res eſt, totam eam, vel majorem partem ſuam eſſe intenderit.*
Tempore,
in ſe, *veluti, ſi quis ante diem vel ante conditionem petierit.*
ratione, *qua enim ratione, qui tardius ſolvit, quam ſolvere debet, minus ſolvere intelligitur, eadem ratione, qui præmaturè petit, plus petere videtur.*
Loco,
in genere, *veluti, cum quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petat, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt.*
in ſpecie, & quidem
affirmativè
in ſe, *quod loco plus petat, v. g. ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? Romæ pure intendat ſibi dari oportere,*
rationibus
generali, *quod ideo plus petere intelligatur quia utilitatem quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolveret, adimit ei pura intentione.*
ſpeciali, ratione
mercium, *quæ utilitas plerumq; in mercibus maxima invenitur, veluti vino, oleo, frumento, quæ per ſingulas provincias diverſa habent pretia.*
pecuniæ numeratæ, *quod non in omnibus regionibus ſub eiſdem uſuris pecunia fœnerantur.*
negativè iterum
in ſe, *quod ſi quis Epheſi petat, i. e. eo loco petat, quo ut ſibi detur, ſtipulatus eſt, purâ actione rectè agit.*
ratione, *quod id etiam Prætor monſtret, ſcil. quia utilitas ſalva eſt promiſſori.*
Cauſa quæ docetur in
genere, *quod huic qui loco plus petere intelligatur, proximus ſit is, qui cauſa plus petit.*
ſpecie, in exemplis ſcilicet
alternativa ſtipulatione,
affirmativè
in ſe, *ut ſi quis in tali hominem tantum, aut decem aureos tantum petat.*
ratione
proxima, *quia in alternativa, electio eſt debitoris.*
remota, *quia creditor, electionem eripiendo, ſuam quidem conditionem meliorem, adverſarij vero deteriorem facit.*
negativè, *quod plus non petat, qui eo modo petit, quo ſtipulatus eſt.*
generali ſtipulatione

generali ſtipulatione,
in ſe, veluti (1.) *ſi generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat, ſi* (2.) *pro vino generaliter, Campanum petat* (3.) *ſi pro purpura in genere, Tyriam petat.*
ratione, *quia electionem adverſario tollit, cui ſtipulationis jure liberum, aliud ſolvere, quam quod peteretur.*
ampliatione,
in ſe, *Quin etiam licet viliſſimum ſit, quod quis petat.*
ratione, *quia nonnunquam promiſſori facilius ſit, illud ſolvere quod majoris pretij eſt.* §. 34.
i Novum & Juſtinianeum, docentur cauſæ
externæ, *nempe lex Zenoniana & Juſtinianea.*
interna, *ſeu ipſa diſpoſitio, qua ea, qua antea in uſu fuerunt, coarctavit, & ſi tempore plus fuerit petitum, duplicanda ſunt induciæ.*
quantitate vel alio modo, præſtatione damni, & commiſſa tripli condemnatione puniatur. §. 35.
minus, & docentur
regula, *ſi minus in intentione ſua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat, ſine periculo agat.*
exempla, veluti
ſi cum ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit.
ſi cum totus fundus ejus eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit.
ratio, *quod in reliquum nihilominus judex adverſarium in eodem judicio condemnet.*
cauſa efficiens. *Eſt Conſtitutio Divæ memoriæ Zenonis.* §. 36.
h aliud & traduntur,
regula. *quod hoc caſu actor non periclitetur, ſed errorem cognitum ei corrigere permittatur.*
exempla, *ſi quis pro Sticho Erotem; & ſi quis ex Tto debitum, ex ſtipulatione petierit.* §. 37.
4. Actionum diviſio deſumpta eſt ab effectu. Hæc docetur in
a genere, *quod quædam actiones ſint, quibus non ſemper ſolidum quod nobis debetur, perſequamur, ſed modo ſolidum, modo minus.*
ſpecie, ex natura.
actionis inſtitutæ, ut
de peculio, *in qua pater dominuſve in ſolidum condemnatur, niſi minus in peculio inveniatur.* §. 38.
de dote reſtituenda contra maritum, & docetur jus in
genere. *Si de dote mulier agat, placuit eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere poteſt, i. e. facultates ejus patiuntur.*
ſpecie, quatenus maritus in
ſolidum damnatur, *ſi ſcil. bona mariti dotis quantitati concurrant.*
minus ſolido, & quidem ſi vel
minus in bonis habeat, ubi in tantum, quantum, facere poteſt.
ob expenſas, *ſecundum*
regulam, *propter retentionem quoq; dotis repetitio minuitur.*
rationem
proximam, *nam ob impenſas in res dotales factas quaſi retentio permiſſa eſt.*
remotam, *quia ipſo jure neceſſariis impenſis dos minuitur.* § 39.
ob reverentiam certis perſonis debitam, ut
ſi filius cum patre, libertus cum patrono & ſocius cum ſocio ſocietatis judicio agat.
idem eſt, ſi quis ex donatione ſua conveniatur. §. 40.
exceptionem oppoſitam
compenſationis, docetur
regula, *compenſationis quoq; oppoſita plerumq; efficiunt, ut minus quiſq; conſequatur, quam ei debeatur.*
ratio, *conſiſtis in æquo & bono, poterit tamen judex in reliquum eum, cum quo actum eſt, condemnare.* § 41.
ceſſionis bonorum, traditur
regula. *Cum eo quoq;, qui creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſiverit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere poteſt, creditores experiuntur.*
ratio, *Inhumanum erat ſpoliatum fortunis ſuis in ſolidum damnari.* §. 42.

POSITIO I.

A*Ctio eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur. princ. Inſt. de action. l. nihil aliud.* 51. *ff. de oblig. & action.* Actio nonnunqum judicium. *l. qui familiæ.* 37. *& l. in judicio.* 47. *ff. Fam. herciſcun.* Item perſecutio, *princ. Inſt. de except.* aliquando arbitrium. *tot. tit. C. arbitr. tut.* appellata, in hac definitione omnem petitionem, ſive in rem, ſive in perſonam, vel aliam quamcunque perſecutionem complectitur. *l. ult.* §. *ult. ff. de action. l. actionis.* 37. *ff. princ. ff. eod. l. actionis.* 34. *l. pecuniæ.* 178. §. 2. *ff. de V. S.* Conſideratur, quatenus eſt quædam legitima juris noſtri ab invitis obtinendi ratio, jure Civili præſcripta. §. *ult. Inſt. de J. N. G. & C.* &, ſi judicium univerſale juris noſtri objectum conſtituatur, ut medium, quod veluti formam noſtri juris obtinendi, exhibet.

POSITIO II.

Jus. ut genus ponitur, eſt vocabulum variæ ſignificationis. *vid. l. penult. & ult. ff. de juſt. & jure.* Hoc loco accipitur, vel pro jure, olim certa formula compræhenſo, & judici pedaneo præſcripto. *tot. tit. C. de Form. & impetr. ſublat. l. ſi ſervus.* 42. *princ. ff. de Furt.* vel pro juris remedio. *l. in cauſa cognitione.* 16. *princ. ff.*

B *de*

de minor. vel pro facultate à jure conceſſa actu agendi vel conveniendi. *l.1.ff. de eo quod cert. loc. l. ſi pupilli.6. §. ult. ff. de neg. geſt. l.1. §. quanquam. 4. ff. ad ſenat. Trebell. l. ſi maritus. 4. §. 8. ff. ad legem Jul. de adult.* quo genere ab exceptione diſtinguitur. *l. pure.5. §. ult. ff. de dol. mal. & met. exc.* Jus autem, quod hanc poteſtatem conceſſit, eſt civile. §.3. *Inſt. de act. l. actionum. 25. §. ult. ff. eod. l.2. §. deinde.6. ff. de O. J. vid. tamen. l. ex hoc jure.5. ff. de Juſt. & jure. l. juris gentium.7. §.1. ff. de pact. l. rerum.25. ff. rer. amot.*

Positio. III.

Perſequendi verbum propriè & ſtrictè petitionibus extraordinariis. *l. pecuniæ.* 178. §. 2. *ff. de V. S.* hoc loco, omnibus actionibus, tam in perſonam, quam in rem competit. *arg.* §. 1. *Inſt. de action. l. actio.* 28. *ff. eodem.* Generaliter jure perſequendi deſignantur & veniunt quæcunque juris remedia judicialia, quibus res, de qua quæſtio eſt, obtineri & ſervari poteſt. Etiam interdicta. *princ. Inſt. de interd. arg. l. illud.* 40. §. 2. *ff. de hered. petit. l. nihil.* 50. §.2. *ff. de bon. libert.* præjudicia. §.13. *Inſt. de action.* ſtipulationes prætoriæ. *l. actionis.* 37. *ff. de O. & A.* in integrum reſtitutiones. Imo etiam ea, quæ nobili judicis officio expediuntur. *arg. l.3. C. de libert. & eorum liber.* In hoc differt à jure crediti & debiti, quod ad ſecundum juris objectum pertinet. *l. princeps.* 21. *l. verbum.* 94. *ff. de V. S.* quod actum in eſſe productum (qui primo *Facti* eſt, poſtea per Judicium *juris* efficitur) id eſt jus perſequendi ſignificet.

Positio

Positio IV.

Perſecutio autem judicialis, *alia* eſt ejus, quod *Reipublicæ* debetur, cujus alia cum adjecto *criminalis* dicitur. *tot.tit. quand. civil. act. criminal. præjud. l.3. ff. de crimin. ſtellion.* quæ huc proprie non pertinet. Alia *civilis*, & quidem *popularis*, quæ ad perſequendum jus & intereſſe publicum, ſive populi datur. *tot. tit. ff. de popul. act. Alia* autem ejus, quod ſingulis ſive privatis abeſt, & inde *privata ſive vulgaris dicitur.* Et hæc omnium Judiciorum ordinem, principium, progreſſum, atque exitum comprehendit. Ad populares actiones, quamvis populo jus ſuum tueantur. *l.1. ff. de popul. action. l.* 1. §. 1. *ff. de his qui effud. vel dejec.* definitio actionis recte etiam applicatur, quatenus ſcilicet intereſſe alicujus privati ſimul continet. *l.3.* §.1. *ff. de popul. act. l. ut ſi cui.* 12. *ff. de V.S.* & quemadmodum olim populus actiones, non prout voluit, inſtituere potuit. *l.2.* §.6. *ff. de O. J.* ita & jure noſtro forma agendi præſcripta, quam hodie proceſſum appellant, obſervanda erat, quæ, maxime quoad poteſtatem judicis alia eſt in ſtricti juris, alia in bonæ Fidei, alia in arbitrariis Judiciis.

Positio V.

Additur in definitione, *in Judicio*, quod eſt legitima rei controverſæ apud judicem tractatio. *arg. l.3. C. de judic. & cap. Forum.* 19. *extra de V.S.* nec intereſt, ſive judicium ſit ordinarium, ſive extraordinarium. *l.3. C. de edend. l. Judices.9. C. de Judic. l. prolatam.4. C. de ſentent.* ſive extraordinarium. *l.* 3. §. *ſciendum eſt.* 9.

B 2 *ff. ad*

ff. ad exhib. clement. 2. de V. S. Sive primæ ſive ſecundæ inſtantiæ; ſive petitorium, ſive poſſeſſorium, adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis. *l. & an eadem.* 14. §. 4. *ff. exc. rei. jud.* modo non ſit ſuſpectum. *l. apertiſſimi.* 16. *C. de judic. can. quod ſuſpecti.* 15. *cauſ.* 3. *quæſt.* 5. *cap. cum inter.* 5. *extr. de except.* nec incompetens. *l.* 2. *&* 3. *C. de juriſd. l. fin. C. ubi in rem actio. cap.* 8. *extr. de For. comp.* Differt in eo actio, tum ab actibus extrajudicialibus ſine ſtrepitu forenſi quodammodo permiſſis, quo arbitria rectius forſan referuntur. *l.* 2. *ff. de recept. arbitr.* tum à vindicta privata, regulariter prohibita. *l. exſtat.* 13. *ff. quod met. cauſa. l. pen. & ult. ff. ad L. Jul. de vi. privat.* §. 1. *Inſt. de vi bonorum rapt. vid. tamen. l.* 4. *l. quemamodum.* 29. §. 1. *l. ſcientiam.* 45. §. 4. *ff. ad L. Aquil. l.* 3. §. *fin. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l.* 1 *&* 2. *ff. quand. lic. unic. ſin. jud. ſe. vindic. l. ait prætor.* 10. §. *ſi debitorum.* 16. *l. pen. ff. quæ in fraudem credit. l.* 1. *C. und. vi. l. de pupillo.* 5. §. *meminiſſe.* 10. *ff. de op. nov. nunc.*

POSITIO VI.

Princpalis Judicii perſona eſt *Judex. l.* 3. *C. de juriſdict. l. à Judice.* 5. *C. de judic, habilis,* qui nec impeditur nec prohibetur. *l. cum prætor.* 12. §. 2. *ff. eod.* qualis etiam eſt filius in cauſa patris, & vice verſa. *l. in privatis.* 77. *& ſeq. ff. eod. junct. l. qui juriſdictioni.* 10. *ff. de juriſdict.* pubes inter XVIII. & XX. annos conſtitutus, ſi magiſtratum gerat. *l. quidem.* 57. *ff. de re judic.* vel à ſcientibus, & volentibus electus. *d. l.* 57. officium ſponte ſuſceperit. *l. cum lege.* 41. *ff. de recept. arbitr. cap. cum vigeſimum.* 41. *C. de officio. delegat.* nec intereſt

tereſt, ſive judex ordinariam, qualis hodie etiam fœminæ compe... *cap. dilecti. 4. extra. de arbitr.* ſive delegatam. *l. à judice. 5. C. de judic. cap. quærenti. 26. extr. de officio. & poteſt. judic. del.* ſive mandatam. *l. 1 & 3. ff. de offic. ei. cui mand. eſt juriſdict.* ſive prorogatam juriſdictionem. *l. ſi convenerit. 18. ff. de juriſd.* habeat, officio ſuo defungens, ſive nobili. §. 9. *Inſt. de leg. l. qui per. 49. §. 1. ff. de AE. & V. l. non quocunq́. 82. §. 2. ff. de legat. 1. l. 9. C. de Judic. l. ſi ex plagis. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil.* ſive mercenario, quod in cognitione & Judicatione conſiſtit. *l. de qua re. 74. ff. de Judic. princ. Inſt. de offic. Jud. novell. 82. cap. 13.*

Positio VII.

Objectũm actionis pronomen *quod* indicat. relatum omiſſum eſſe videtur. Secundum. *l. cognitionum. 5. ff. de extraord. cognit.* omnium Judiciorum materia in quatuor genera dividitur, aut enim agitur de *honoribus*, ſive *muneribus*, aut de re *pecuniaria*, aut de *exiſtimatione*, aut de *capitali crimine*. Nihil autem intereſt, ſive actor petat, rem ſuam eſſe totam, vel partem. *l. ſi in rem 6. l. in ſpeciali. 73. ff. de R.V. l. ſed & ſi res. 7. §. 8. ff. de public. in rem action.* Sive univerſitatem totam, partemve. *l. 3. l. licet minimam. 10. §. 1. ff. de hered. petit. tot. tit. ſi pars hered. pet.* vel jus aliquod ſuum eſſe, ut fit in rerum incorporalium vindicationibus. §. 2. *Inſt. de action.* & aliis, vel ut detur aliquid vel fiat. §. 1. *Inſt. eodem.* nonnunquam illius loco intereſſe, aut pœna. §. *ult. Inſt. de V.O. l. 1. ff. de act. empt.* petitur. Accedunt quandoque fructus. §. 35. *Inſt. de A.R.D.* & uſuræ. *tot. tit. ff. & C. de uſur.* Ab objecti qualitate actiones dividun-

viduntur, in rei *perſecutorias* & pœnæ *perſecutorias*. §. 16 *Inſt. de action. l. in honorariis.* 35. *ff. eodem.* A quantitate vero, in *ſimplum, duplum, triplum, quadruplum.* Ab effectu, quod regulariter ſolidum, non ſemper tamen perſequamur. §. 38. *Inſt. de action.*

Positio VIII.

Subjectum actionis agens, *actor* eſt. *l. inter.* 62. *ff. de Judic.* cui adverſarius vel perſonaliter vel realiter obligatus eſt. *l. actionum.* 25. §. 1. *ff. de action.* ſive cujus intereſt. *l. ſi cui.* 49. §. 4. *& ſeqq. l. ſervo.* 69. §. 2. *ff. de legat.* 1. §. *furti.* 13. *Inſt. de furt.* ſive unus ſit, ſive plures. *l.* 2. *C. de conſort. ejuſd. lit. l. eadem.* 4. §. 2. *l in executione.* 85. §. 4. *ff. de V.O.* Maritus. *l.* 2. *C. de obl & action.* Ceſſionarius. *l. certi.* 9. *C. de hered. vel actio. vendi.* Heredes. *l.* 1. *C. de hered. actio. l. heres.* 37. *ff. de A. H.* qui primus ad judicium provocat. *l. in tribus.* 13. *& ſeq. ff. de judic. l. inter.* 44. §. 4. *ff. famil. herciſc.* §. *penult. inſt. de Interdict.* modo agere non impediatur, ut mente captus, furioſus, infans. *arg. l.* 4. *ff. de R. J. l.* 1. §. 2. *ff. de admin. tut.* vel prohibeatur, ut pupillus, minor, prodigus, ſine auctoritate tutorum & curatorum. *l.* 1. *&* 2. *C. qui legit. ſtand. perſon. l. non eo minus.* 14. *C. de procurat.* Vid. tamen. *l. ſi. actor.* 10. *C. de appell. cap. ult. de Judic. in ſexto. l. ult. C. qui legit. perſon.* &c. Moribus noſtris mulieres. *arg.* §. 1. *Inſt. quibus alien. non licet. & arg. tot. tit. ad ſenat. Vellei.* vel etiam agere nolit. *l. un. C. ut nemo. inu. ager. &c.* niſi ſit diffamator. *l. diffamari* 5. *C. de ingen. man.* vel alius ad agendū obligatus. *l. Julianus.* 13. §. *pen. ff. de act. empt. l. ſi ſic legatum.* 75. §. *fin. ff. de legat.* 1.

Positio IX.

Paſſivum ſubjectum eſt *Reus.* cum quo actor agit. §. 1. *Inſt. de action. l. 3. ff. de jurejur.* qui etiam fugiens dicitur. *in l. properandum.* 13. §. 2. *&* 3. *C. de judic. l. fin. princ. &* §. 3. *C. de bon. quæ liber.* In hoc quoque requiritur, ut intelligat, quod agat. *l. 4. ff. de in jus voc. l. 1. §. 2. ff. de admin. & pericul. tut.* actio contra ipſum fundata ſit. *l. cum quem.* 57. *ff. de judic.* & legitimam in judicio ſtandi perſonam habeat. *l. 1. C. qui legit. ſtand. perſo.* Prohibentur inde pupilli, minores, & alii, qui in tutorum vel curatorum poteſtate ſunt. *l. contra.* 54. *ff. de re judic. l. 4. C. de autor. præſt.* §. 2. *Inſt. de curat.* Quid in ſpiritualibus jure Canonico obtineat. *vid. cap. fin. de Judic. in ſexto.* Noſtris moribus fœminæ. *arg.* §. 1. *in fine. Inſt. quibus alien. lic.* Filiusfamilias ratione peculii profectitii & adventitii. §. 1. *Inſt. per quas perſon. cuiq. acquir. vid. l. fin.* §. 3. *C. de bon. quæ liber.* niſi ex re judicata conveniatur. *l. 3.* §. 4. *ff. de minor.* teſtamentum ut inofficioſum accuſare velit. *l. poſt legatum.* 5. §. *ſi Filiusfamilias.* 5. *ff. de his quæ ut indign.* aut pater abſens ſit. *l. ſi longius.* 18. §. *ult. ff. de judic.* Cæterum, in omnibus actionibus perſonalibus & realibus. judicium cum eo conſiſtere poteſt. *l. tam ex contractibus.* 57. *ff. de re judic. arg.* §. 1. *Inſt. per quas perſon. cuiq. aquir.* Nonnunquam etiam tertius, interveniens, qui reo accedens actori ſe opponere poteſt. *l. venditor.* 49. *ff. de Judic.* Hæres in cauſis delictorum conveniri non poteſt. §. 1. *Inſt. de perpet. & tempor. action.*

Positio X.

Petendum autem eſt, quod actori *debetur*, non tantum jure obligationis, ſed etiam jure in re. Imo in genere, ad quod præſtandum jure tenetur reus, §. 5. *Inſt. de except. l. un. C. de his qui ant. apert. tab. fac. l. ſi tibi pecuniam.* 20. *ff. de rebus credit.* vid. tamen. *l. Quintus.* 27. §. 2. *l. ſcribit.* 34. *ff. de aur. & arg. legat.* actione, ſive civili, ſive honoraria, ſive fideicommiſſi perſecutoria conventus. *l. pecunia.* 178. §. *ult. ff. de V. S. l. quod autem.* 6. *ff. quæ in fraud. credit.* etiam injuriarum. *l. injuriarum.* 28. *ff. de injur. l. ut ſi cui.* 12. *ff. de V. S.* nonnunquam etiam ad id, quod reum debere non videtur. *l. ſi pacto.* 14. *C. de pact.* Ex hoc fundamento diviſio actionis in perſonam & rem promanare videtur.

Positio XI.

Actionum affectiones & qualitates variæ ſunt, quæ ex diviſionibus earum deprehenduntur. Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud judices, arbitroſve de quacunque re quæritur, ſumma diviſio à cauſa proxima deducitur. Continentur autem appellatione actionum *(1.)* actiones directæ, quæ ex legum verbis dantur: *l. actionis.* 37. *pr. ff. de O. & A.* utiles, quæ ex ſententia legum per interprætationem deſcendunt. Exempla ſunt *in l.* 1. *l. ſi Titio.* 22. *ff. de pignor. l. cum qui.* 5. §. *ſi actori.* 9. *ff. de conſtit. pecun. l. nec quæro.* 70. *ff. de R. V.* maximè cum utræque actiones ejuſdem poteſtatis ſint, eundemque habeant effectum. *l. actio.* 47. §. 1 *ff. de N. G.* Et in factum, quæ ex mera æquitate dan-

dantur. §. *fin. Inſt. ad L. Aquil. l. quia.* 11. *ff. de præſcript. verb.* exempla ſunt. *in l. in rem.* 23. §. *item quacunq;.* 5. *l. cum autem.* 52. *ff. de R. V.* (2.) Actiones nativæ, quæ præexiſtentem materiam, ex qua deſcendunt, habent, ut ſunt actiones ex contractibus ortæ. *arg. l.7. pr. & §.1. ff. de pact.* Et dativæ, quæ ſine præcedente cauſa ſufficienti ex æquitate dantur. *l. quoties.* 41. *ff. de action. l. quoties.* 6. *ff. de ſeparat.* Exempla habentur, *in l. ſi ut.* 8. *C. de R. V. l. 2. quand. ex fact. tut. l. qui mortis.* 30. *ff. de mort. cauſ. donat. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. l. uxor.* 55. *in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor. Nov. 6. cap. 1. §. 1. l. in rebus.* 30. *C. de jur. dot.* Summa autem diviſio hæc eſſe dicitur, quod non dentur cauſæ agendi, quam jus in re, & jus ad rem, & deſumpta à cauſa efficiente. *l. actionum.* 25. *ff. de action.* non verò à cauſa materiali, ſeu objecto, ut nonnulli Doctores volunt. arg. *l. ult. C. de hæred. vel action. vendit.*

Positio XII.

Præcipua autem hæc diviſio eſt, quod actiones aut in perſonam, aut in rem ſint. Illa eſt, qua unuſquiſque agit, cum eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio. §. 1. *Inſt. h. t. l. actionum.* 25. *ff. eodem.* Contractus latiori ſignificatione accipitur. *l. omnem.* 21. *ff. de judic.* pro omni actu obligationem producente, non tantum judiciali, ut eſt, litis conteſtatio. *l. 3. §. 11. ff. de pecul.* verum extrajudiciali quoque, quo complectuntur, tam quaſi contractus, quam aliæ cauſarum figuræ. *l. 1. princ. ff. de obl. & act.* imò etiam pacta legitima. *l. legitima.* 6. *ff. de pactis.* Maleficium,

C alias

alias dicitur, crimen, noxa, in genere, omne factum turpe & flagitium denotat. *l.* 1. *& 2. ff. de ll. l.* 1. *l. abſentem.* 5. §. *ult. ff. de pœn. l. hac ſtipulatio.* 200. *ff. de V. S.* hic privatum, ſive verum, ſive quaſi delictum ſignificat. *ut l.* 3. §. 3. *ff. de prævaric.* etiam popularem perſecutionem continet. *l.* [illegible] § 1. *ff. de popul. action.* Actio autem perſonalis, ſe prodit mediante obligatione, ac inde omnino infixa eſt in perſonis litigantium, tam ex parte rei, quam ex parte actoris. Rei, quia is ſemper adſtrictus eſt ad id, quod in obligationem deductum. *l. actionum.* 25. *ff. de O. & A.* licet alter forte rem teneat, vel poſſideat, *vid. l. fin.* §. *fin de contr. empt. l.* 1. §. *ſi hæres.* 16. *ff. ad Stum. Trebell. l. quoties.* 15. *C. de rei vind.* nec ea hæredes rei defuncti vendita hæreditate ſe liberare, adeo, ut ne mutuis hæredum pactionibus illud jus mutare poſſint. *l.* 2. *C. de pact. l.* 2. *C. de hæred. vend. l. hæreditatem.* 28. *ff. de donat. vid. l. non unde.* 7. *C. ſi cert. petat. l. eum qui.* 13. *C. eodem. l.* 3. *C. de action. l.* 3. *l. fin. ne uxor. pro marit.* Actoris, ut ne quidem ceſſæ actiones ad ceſſionarium tranſeant. *l.* 3 *C. mandat.* niſi ſint ratione objecti reales, quæ in rem ſcriptæ dicuntur, uti ex earum numero præcipua eſt actio quod metus cauſa, *l. metum.* 9. §. *ult. l. item.* 14. § 3. *ff. quod metus cauſa.* Cæterum per actionem perſonalem actor intendit adverſarium dare (id eſt dominium transferre. §. 14. *Inſt. de action. l. uti autem.* 75. §. *fin. ff. de V. O.*) aut facere oportere (id eſt non tantum nudum factum facere, ſed & exhibere, tradere, & reſtituere ſignificat. *arg. l.* 3. *ff. de O. & A. l. ſi rem.* 28. *ff. de V. O. l. faciendi.* 175. *ff. de V. S.*) aut aliis quibuſdam modis; (qui omnes tamen ad dari, aut fieri aliquid referri poſſunt;) vel quod poſt ſublatas

formu-

formulas, & actionum impetrationes, non tantum vulgariter adverſarium dare aut facere oportere; ſed & aliis quibuſdam modis, cauſa tamen, ex qua agitur, convenienter, uti nos poſſimus. *arg. l.2. C. de formulis, & impetrat ſublat.* Vel, quod verba illa, *dare* & *facere*, ad omnes actiones referri non poſſunt, quales quidem ſunt arbitrariæ, in quibus non ita præciſe intenditur, adverſarium dare aut facere oportere, ſed ita demum, ſi actor arbitrio judicis non ſatisfaciat. Item, in actione depoſiti, commodati & ſimilibus, in quibus, dum rei rem præciſe reddere non poſſunt, Novatione quadam ſuccedit obligatio ad id, quod intereſt. *l. ſtipulationes. 73. ff. de V. O.* Requiruntur ad actionem perſonalem duo, ex parte actoris, ut quis jus ad rem habeat, licet inſuper in illa re jus habere poſſit. Ex parte vero rei, ut illud jus certam perſonam teneat.

Positio XIII.

Perſonales actiones oriuntur, uti dictum, vel ex contractu vero, vel quaſi contractu, vel ex aliis cauſarum figuris. Contractus veri ſunt, *Primo*, reales quatuor. Ex, contractu mutui datur condictio ex mutuo, per quam intendit creditor, debitorem non præciſe rem eandem, ſed aliam ejuſdem naturæ, & qualitatis dare oportere. *Princ. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. rogaſti. 11. §. 1. ff. de reb. credit.* Ex quaſi mutuo, ſi quis ſic ſolverit, ut ſi apparuerit, eum dare oportere, vel falcidia emerſerit, detur condictio indebiti, in qua indebitum ſolvens intendit, accipientem dare oportere. §. 1. *Inſt. dict. titul. l. 2. ff. de cond. indeb. arg. l. 5.*

78

§.3 *ff. de O. & Act.* Ex contractu com̃odati oritur actio com̃odati, directa, in quâ com̃odans intendit commodatarium facere, i.e. reſtituere debere. §.2 *Inſt. eodem. l. 2 & 3. C eodem.* Contraria intendit commodatarius, commodantem indemnitatem rei commodatæ, & expenſas neceſſario factas præſtare oportere. *L. in commodato.* 17. §. 1 2. 3. *& l. ſeq.* § 3. *ff. commodat.* Ex contractu pignoris datur actio pignoratitia, directa, qua intendit debitor, ſoluto debito, creditorem facere oportere, i.e. eam rem, quam accepit, reſtituere. *§. ult. Inſt. d. t.* cum fructibus. *l. 1. 2. & 3. Cod. de pignorat. action.* & omni cauſa. *l. reſcriptum.* 12. §. 1 *ff. de diſtract. pign. l. ſi pignore.* 22. *princ. l. ſi rem.* 9. *§. fin. ff. de pignor. action.* Contraria, qua intendit creditor, debitorem facere oportere, i. e. indemnitatem. *d. l. ſi rem alienam. §. fin. ff. de pignorat. act. l. ſi ſervus.* 31. *ff. eodem.* & expenſas præſtare oportere. *l. ſi neceſſarias.* 8. *princ. ff. eod. l. creditor* 7. *in fin. C. eod.* Ex contractu depoſiti ſequitur actio depoſiti, directa, qua deponens intendit depoſitarium facere oportere, id eſt, rem depoſitam, cum omni cauſa reſtituere. §. 3. *Inſt. dict. titul. l. 1. §. & ideo.* 24. *l. ſi in aſia.* 12. *princ. &* §. 1. *ff. depoſ.* contraria, qua depoſitarius intendit deponentem debere indemnitatem præſtare. *l. ei apud quem.* 5. *princ. l. actione.* 23. *ff. eodem.*

Positio XIV.

Secunda verorum contractuum ſpecies ſunt verbales, ex quibus datur condictio certi ex ſtipulatione, ſi certa ſit ſtipulatio, ex ſtipulatu, ſi incerta, intendit ſtipulator promiſſorem dare, facere

cere oportere. *princ. & §. ult. Inſt. de V.O. l. prædia.* 28. *ff. de act. empt. l. inter ſtipulantem.* 83. §. *ſi rem.* 6. *ff. de V.O.* Si ſtipulatio judicialis, ut de dolo malo, agit dominus poſſeſſorem facere oportere, e.g. tradere rem, item, eandem reſtituere. *l. ſi poſt.* 18. *l. præterea.* 20. *ff. de R.V.* Viciſſim poſſeſſor agit præſtare oportere. *l. ipſi.* 19. *ff. eod. l. ſi procuratorem.* 8. §. *pen. & ult. & l. ſeq. ff. mandat. l. divus.* 5. *princ. ff. de Hered. petit.* Si prætoria fuerit, agitur iterum dare facere oportere, e.g. in novi operis nuntiatione, intendit nuntians, opus reſtituere boni viri arbitratu, quod ſi ita reſtitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, ſi petitori placeret. *l. ſtipulatio.* 21. *princ. & §.* 4. *ff. de Nov. oper. nunc.* In damno infecto intendit actor facere oportere, ut damnum ſarcire. *l. prætor.* 7. *ff. de dam. inf.* Ex ſtipulatione ædilitia intendit emptor, venditorem facere oportere, id eſt, pretio reſtituto rem redhibere. *l. redhibere.* 21. *princ. l. facta.* 60. *ff. de ædil. edict.* cum fructibus, cauſa, acceſſionibus. *l. quod ſi nolit.* 31. §. *in factum.* 17. *& ſeqq. ff. eod.* Vel dare, ut præſtet, quanti minoris emiſſet, *l. quoties.* 61. *ff. h.t. l.* 2. *C. eod.* Econtra agit venditor actione in factum contra emptorem, intendens hunc dare oportere pretium, re redhibita. *l. quod ſi.* 31. §. 17. *ff. de ædil. edict.* In reliquis ſtipulationibus prætoriis & judicialibus idem ferè obtinet.

Positio XV.

Ex ſtipulatione vera vel ficta. *vid. l. un.* §. 1. *& 6. in fin. C. de R.U.A.* dos repetitur, intendit mulier, pater vel extraneus, maritum dare vel facere oportere, pro-

ut vel dos, vel ejus æſtimatio in actionem venit, vel ſpecies, vel quantitas fuerit data. *l. res in dotem.* 42. *ff. de jure dot.* *l. quoties.* 5. *l. cum dotem.* 10. *l. ſi inter.* 21. *C. eod.* *l. un.* §. 7. *C. de R.U.A.* imo quatenus fructus ſunt reſtituendi. *l. dotis.* 7. §. 1. *ff. de jur. dot.* *l. videamus.* 38. §. *antea.* 12. *ff. de uſur.*

Positio XVI.

Cum etiam mediante ſtipulatione alienam obligationem quis fide ſua eſſe jubeat. *princ. Inſt. de fidei.* *l. ſtipulatus.* 15. & *l.* 1. *l. ſi quis.* 31. *ff. eod.* & ea in omnibus obligationibus intervenire poſſit. *l.* 1 & 2. *l. gracè.* 8. §. 1. & *fin. ff. de fidejuſſ.* creditor ad dandum vel faciendum agere poteſt, ut in principali obligatione. *l. fidejuſſores.* 68. §. 1. *ff. de fidej. fac.* *l. ſi à colono.* 89. *ff. de V.O.* & ſi reus ad factum tenetur, nonnunquam ad intereſſe recte intenditur. *arg.* §. *fin. Inſt. de V.O.* vel ad pœnam. *arg. l. cum quid.* 71. & *l. continuus.* 137. §. *pen. ff. de V.O.* Modo, in omnibus fidejuſſionum cauſis creditor non plus petat, quam in obligatione principali eſt. §. 5. *Inſt. de fidejuſſ.* *l. gracè.* 8. §. *illud.* 7. *juncta.* *l. fidejuſſor.* 16. §. 1. *ff. eod.*

Positio XVII.

Tertiam verorum contractuum ſpeciem conſtituunt Literarum obligationes, ex quibus datur condictio ex literis, intendit creditor agens, adverſarium, qui ſe debere ſcripſit, aut dare, aut facere oportere. *princ. Inſt. de Lit. Obl.* *l. in contractibus.* 14. *princ.* & §. 2. *C. de non numerat. pecun.* non tantum ex cauſa mutui,

ſed

ſed etiam ex aliis cauſis. *vid. l.3. C. de non numer. pecun. & d. l.14. C. eod. & l. ſeq.* Econtra datur querela non numeratæ pecuniæ ex literis, prætenſis debitoribus, qui facere oportere intendunt, ſcil. reſtituere vel annullare chirographum. *d. princ. Inſt. de lit. obl. d. l.14. C. de non. num. pec.* Quemadmodum creditori, qui ſecuritatem exponit, partem forſan debiti ſortis vel uſurarum nomine ſolutam eſſe ſignificantem, intra triginta tantum dies ad redhibendum agere permittitur. *all. l.14. §.2. C. de non. numer. pecun.* Cui actioni in aliis quoque cauſis locus eſt.

Positio XVIII.

Quartam prædictorum contractuum ſpeciem faciunt contractus conſenſuales. Ex contractu empti & venditi datur actio empti, qua agit emptor contra venditorem, plerumque intendit, adverſarium dare. *§.1. Inſt. de empt. vend. §.2. Inſt. de donat. l. non eſt. 6. C. de reſcind. vendit. l.2. C. qn. lic. ab empt. reced.* nonnunquam & facere oportere, e.g. vacuam poſſeſſionem tradere. *l.2. §.1. l.3. ff. de act. empt.* fructus præſtare. *l. fructus. 13. & l. poſt. 16. C. de A. E.* Datur viciſſim actio venditi, qua agit venditor, intendens adverſarium pretium dare oportere. *l. Julianus. 13. §. veniunt. 20. ff. de act. Empt. arg. l. non eſt. 6. C. de reſcind. vend.* Nonnunquam facere oportere, e.g. uſuras ſolvere. *d. l.13. §.20. ff. de A E. d. l. fructus. 13. in fin. C. h.t.* ſumptus reſtituere. *l. pen. C. de A. E.* Et, cum plerumque etiam accidat, ut extra id, quod ageretur, tacita obligatio naſcatur. *l. is qui commodatam. 13. §. fin. ff. commod.* proinde in hoc contractu aliis quibuſdam modis intendi-

intenditur. e.g. ut emptori rem habere liceat. *l. ſervus.* 30. §. *fin. ff. de act. empt.* ut venditor intereſſe ſolvat. *l.* 1. *l. ex empto.* 11. §. *item ait.* 9. *& ſeq. ff. dict. tit.* Nonnunquam ad reſciſſionem contractus, ob læſionem. *d. l.* 11. §. 2 *&* 3. *ff. de act. empt. l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* & alias cauſas. *l.* 1 *&* 2. *ff. de leg. Commiſ. l.* 1. *ff. de in diem. addict. l.* 2 *&* 4. *ff pro empt.*

Positio XIX.

Ex contractu locati conducti; Agit locator, cum eo, qui ei obligatus eſt ex conducto, intendit conductorem facere oportere, operas. §. 5. *Inſt. locat. l. ſed hi.* 22. *C. eod. arg. l. ſi in lege.* 24. *princ. l. ea lege.* 51. §. 1. *ff. eod.* ſi facere nolit, vel non poſſit, ſuccedit præſtatio intereſſe. *arg. l. ſi quis ab alio.* 13. §. *fin. ff. de Re jud. arg. l. ex conducto.* 15. §. *item.* 6. *ff. locat.* Si res locata, finita locatione, rem reſtituere numero eandem. §. 5. *Inſt. locat. l. videamus.* 11. §. 2. *l. non ſolet.* 39. *ff. eod.* Vid. tamen *l. in navem.* 31. *ff. eod. l. pen. C. eod.* Intendit quoque locator dare oportere, ut mercedem. *l. dominus.* 55. §. 2. *ff. l. licet.* 8. *C.* § 2. *Inſt. eod.* poſt moram, cum uſuris. *l. præſes* 17. *C. eod.* annulos ex ſuo auro confectos. § 4. *Inſt. eod.* Actione locati agit conductor cum locatore, qui ei obligatus eſt ex locato, intendit locatorem dare oportere, in locatione operarum, mercedem. *l. ſi addes* 19. §. *cum quidam.* 9. *l. qui operas.* 30 *princ. ff. eod.* Rerum vero, facere oportere, e.g. poſſeſſionem præſtare. *l. ex conducto.* 15. §. 1. *ff. locat* promiſſa implere *d. l. ſi addes.* 19. §. 3. *l. ſi in lege.* 24. §. 4. *ff. locat.* re locata uti licere. *l. ſi quis.* 9. *princ. d. l. ex conducto.* 15. §. 1. *ff. locat.* Si in hoc contractu non det,

non

non faciat, aliis modis etiam agitur. *Vid. d. l.15. §. planè* 8. *d. l.9. §.1. ff. eod.* Quandoque tamen locator eſt is, qui operam præſtat, alter, qui mercedem ſolvit, conductor. *l. qui operas. 38. ff. eod.*

Positio XX.

Cum lex Zenoniana *in l. 1. C. de jur. emphyt.* emphyteuſeos contractus propriam ſtatuerit naturam, inde dominus directus agit actione emphyteuticaria, per quam intendit, emphyteuticarium ei dare, i. e. penſionem ſingulis annis præſtare, *§. 3. Inſt. locat. l. 2. C. de jur. emph.* & alienati prædii laudemium ſolvere. *l. fin. verſ. neceſſitatem & ſeq. C. eod.* Et facere oportere; nempe curando & colendo rem meliorem reddere. *d. l. 2. C. eod.* in alienatione conſenſum domini implorare. *l. fin. verſ. minime licere. C. de jur. emph.* extincta emphyteuſi prædium reſtituere. *d. l. 3. C. eod.* Emphyteuticarius, eadem actione agit, per quam intendit, dominum rem in emphyteuſin conceſſam quodammodo dare. *d. §. 3. Inſt. locat. arg. l. 3. §. 4. ff. de reb. cor. qui ſub. tut.* & facere oportere. nempe fundo frui & coli licere. *l. 1. ff. & C. de jur. emph.* pacta conventa ſervare. *arg. l. 1. §. ſi convenit. 6. ff. depoſit. l. 1. princ. ff. de pact. §. 3. Inſt. locat.*

Positio XXI.

Actione mandati directa agit mandator, per quam intendit e mandatarium dare, omne illud, quod is occaſione mandati accepit. *l. idemq; 10. §. 2. l. ex mandato. 20. ff. mand.* & facere oportere, ſcilicet, diligenter

D &fi-

& fideliter implere id, quod gerendum ſuſcepit. *l. ſi mandavero. 22. §. ult. eod.* nonnunquam expedire juxta boni viri arbitrium. *l. ſi fundum. 35. in fin. l. ſi quis pro eo. 46. ff. eod.* non excedere fines mandati. §. 8. *Inſt. l. diligenter. 5. princ. ff. eod.* reddere inſtrumenta & ſimilia. *l. ſi procuratorem. 8. princ. ff. eod.* Aliis quibuſdam modis agitur, ut, ſi adverſarius negotia non legitimè impleverit, ad omne intereſſe. *d. l. 5. §. 1. l. ſi remunerandi. 6. §. 1. l. ſi procuratorem. 8. §. mandati. 6. ff. eod.* ſi moras commiſerit, ad uſuras. *l. mora. 32. §. 2. ff. de uſur. l. idemq́ & . 10. §. 2. ff. mand. l. qui ſine. 38. ff. de neg. geſt.* ad actionum ceſſionem, quas occaſione mandati acquiſivit. *d. l. 8. §. ſi liber. 5. l. qui mandatum. 42. ff. mand.* Contraria mandati agit mandatarius, per quam intendit, mandantem dare, e. g. honorarium promiſſum. *l. ſi remunerandi. 6. princ. ff. mand. arg. l. qui mutuam. 56. §. 3. ff. eod.* pretium pro mandante ſolutum. *l. ſi vero. 12. §. inde. 8. & ſeq.* vel rei propriæ. *l. ſervum. 49. l. inter. 26. §. ſed cum. 7. ff. eod.* pecuniam mutuam. *l. ſervus. 17. princ. ff. de in rem verſ. l. ſed an ultro. 10. §. 1. l. ſive. 22. ff. de neg. geſt.* ſumptus bona fide factos. *d. l. ſi vero. 20. §. ſi mihi. 9. l. ſi quis alius. 27. §. impendia. 4. ff. mandat.* Facere oportere, ut damnum reſtituere. *l. ſi ſervus. 61. §. quod vero. 5. ff. de furt.* indemnitatem præſtare. *l. ſi mandatum. 15. ff. mand.* Nonnunquam datur ad uſuras. *d. l. mora. 32. §. 2. ff. de uſur. d. l. ſi vero. 12. §. ſi mihi. 9. ff. mand.* ad ſuſcipiendam obligationem. *l. ſi mandatu. 45. princ. & §. 1. ff. mandat.*

Positio XXII.

Actione pro ſocio, quæ ab utraque parte directa eſt, agit ſocius contra ſocium, per quam intendit, adverſarium dare & facere oportere; ab initio contractus, communicare bona, de quibus convenere. *l. cum duobus.* 52. §. *Papinianus.* 16. *ff. pro ſoc.* conſtante ſocietate, quod alter tantum emerit. *l. ſi quis.* 74. *ff. eod.* vel alias ad ipſum pervenerit. *l. duobus.* 65. §. *penult. ff. eod.* reſtituere partem pecuniæ, in rem communem mutuo ſumptæ & a ſe ex aſſe ſolutæ. *l. ſi in rem.* 12. *C. ſi cert. petat.* Finita, ſocietate, rationes reddere. *l. quædam.* 9. *princ. ff. de edend.* damnum ſocietati datum reſarcire. *l. de illo.* 23. §. 1. *l. non ob eam.* 25. *ff. pro ſoc.* expenſas reſtituere. *l. pro ſocio.* 38. §. 1. *ff. eod.* *l. ſi unus.* 67. §. 2. *ff. eod.* fructus ſolvere. *l. videamus.* 38. §. *ſed in.* 9. *ff. de uſur.* uſuras partiri. *l. ſi unus.* 67. §. 1. *ff. pro ſoc.* & eaſdem tantum præſtare. *l. ſocium.* 60. *princ. ff. eod.*

Positio. XXIII.

Ex contractibus innominatis agitur actionibus præſcriptis verbis in perſonam, per eas actores intendunt, adverſarium, modo dare, modo facere oportere, modo aliis quibuſdam modis. Dare intendit in æſtimatoria actione, vel rem vel pretium conventum. *l.* 1. *princ.* & §. 1. *ff. de æſtim. act.* in permutatoria, qui contractum ex ſua parte implevit. *l.* 1. §. 1. *ff.* & *l.* 1. *C. de rer. permut.* *arg. l.* 5. *C. de O. & A.* quamvis nonnunquam res aliena intervenire poſſit. *l.* 4. §. *ſed etſi.* 17. *ff. de uſuc.* *l.* 7. §. 5. *ff. de public. act.* In quaſi contractu, facio ut des, e.g. ut ſi indicaſſet, & ap-

prehenſus eſſet fugitivus, certum aliquid daretur. *l. ſolent. 15. ff. præſcript. verb. l. ſi tibi polienda. 22. ff. eod.* Facere oportere intendit in quaſi contractu, do ut facias, dominio ſcilicet in accipientem tranſlato. *l. naturalis. 5. §. 2. & l. inſulam. 6. ff. de præſcript. verb. junct. l. qui operas. 38. & ſeq. ff. locat.* & facio ut facias. modo ex altera parte factum intervenerit & adverſarius ceſſat. *d. l. 5. §. 4 & 5. ff. præſ. verb.* Nonnunquam tamen in his contractibus ſuccedit præſtatio intereſſe, ut in *d. l. 5. §. 1. & ſeqq. ff. præſcript. verb.*

POSITIO XXIV.

Ex quaſi contractibus oriuntur actiones in perſonam, per quas agentes etiam intendunt dare aut facere oportere. Dare quidem, in negotiorum geſtorum actione intendit dominus, ea omnia, quæ ad negotiorum geſtorem venerunt. *l. 2. l. ſi quis. 23. & ſeq. l. ult. ff. l. ab uno. 19. C. de neg. geſt.* Contraria negotiorum geſtor intendit dare impenſas neceſſarias ac utiles. *l. qui utiliter. 45. l. ex duobus. 27. princ. in fin. ff. de neg. geſt. junct. §. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr. naſc.* Facere oportere intendit dominus, cum ait, debuiſſe debita à ſe exigere, rationes, tam geſti, quam non geſti, reddere, reſtituere id, quod de rebus domini habet, damnum præſtare. *d. §. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex cont. naſc. l. 2. l. ſi pupilli. 6. §. 2. & §. fin. l. ſi autem. 8. §. 1. l. nam & 21. §. ult. l. ſi quis mandatu. 28. l. lite conteſtata. 37. §. 1. ff. h. t.* Viciſſim negotiorum geſtor intendit facere, ut indemnitatem præſtare. *l. negotium. 22. C. eod. l. libello. 31. §. 1. ff. eod.* cedere actionem. *l. qui injuria. 53. §. 3. ff. l. ob negotium. 18. C. eod.* & forte ab una tantum parte fructus. *l. ſi autem. 8. §. 1. ff. eod.*

Positio XXV.

In actione tutelæ, directa pupillus vel minor intendunt tutorem vel curatorem dare debere, quicquid dolo vel culpa tutoris vel curatoris abeſt. *l. cum interdicta. 6. & l. ſeq. C. arbitr. tutel.* item rem pecunia pupilli comparatam. *l. 3. C. eod.* Viciſſim, contraria tutor vel curator dicit pupillum dare oportere expenſas utiliter factas. *l. 3. §. 1. ff. de contrar. tut. l. ſed ſi quis. 7. ff. quemadm. teſtam. aper. l. à tutoribus. 33. in fin. ff. de admin. tutor.* Præterea, pupillus facere oportere intendit tutorem, ut inventarium exhibere. *l. tutor. 7. C. de adm. tut.* rationem reddere. *l. tutorem. 9. C. arbitr. tut. l. cum ſervus. 82. ff. de condit. & demonſtr.* reſiduum reſtituere. *l. qui ſub conditione. 111. ff. eod.* Tutor vel curator facere oportere intendit pupillum vel minorem, ut liberare ab obligatione, vel res ejus ab hypotheca. *§. 2. Inſt. de obl. quæ quas. ex del. naſc.* Aliis quibuſdam modis agitur, ut ad intereſſe. *d. l. tutor. 7. pr. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* fructus. *l. ſine hærede. 32. §. 2 & 3. ff. de adm. & pericul.* partem contutoris ſolvendam. *l. ſi plures. 58. ff. eod. l. 3. §. 5. ff. contr. tutel. l. quoties. 9. §. 5. ff. de admin. tutel.*

Positio XXVI.

Actio familiæ herciſcundæ & communi dividundo ſunt ex quaſi contractu, quatenus ſunt perſonales. In illa de jure univerſali, in hac de re ſingulari agitur. Actor in utraque actione intendit, adverſarium, vel dare, vel facere oportere. e.g. portionem fructuum

aliarumque acceſſionum, ab uno ſolo perceptorum. *l. partum.* 11. *& l. ſeq.* *l. fundus.* 51. *ff. fam. herciſc.* *l. non eſt.* 9. *C. eod.* §. 3. *Inſt. de oblig. qua quaſ. ex contr. naſc.* *l.* 4. §. 3. *ff. comm. divid.* reſtituere pro rato impenſas. *l. his conſequenter.* 18. §. 3. *&* 4. *l. heredes.* 25. §. *ſi unus.* 15. *ff. famil. herciſc.* §. 3. *Inſt. d. t.* *d. l.* 4. §. 4. *l. ſi quis putans.* 6. §. 3. *ff. comm. divid.* reſarcire damna. *d. l. heredes.* 25. §. *non tantum.* 16. *ff. famil. herciſc.* *l. incerti.* 19. *C. eod.* uſuras ex mora. *d. l. his conſequenter.* 18. §. 3. *ff. famil. herciſc.* facere cautionem de exhibendis inſtrumentis. *l.* 5. *ff. famil. herciſc.*

Positio XXVII.

Aditio hereditatis legatariis & fideicommiſſariis tribuit actionem ex Teſtamento perſonalem, in qua intendunt heredem dare aut facere oportere. Dare, ut hereditatem totam partemve fideicommiſſo purè relictam. §. 1. *Inſt. de fideic.* *l.* 1. §. *ſed & quoties.* 9. *l. recuſare.* 9. §. *ult. ff. ad Senat. Trebell.* rem legatam teſtatoris propriam. §. 2. *Inſt. de legat. junct.* *l.* 3. *ff. de condict. tritic. & l. ſi à Titio.* 64. *ff. de furt.* heredis. §. 4. *Inſt. de legat.* *l. is cujus.* 26. *l. unum.* 67. §. *ſi in rem.* 8. *ff. de legat.* 2. dotem. §. 15. *Inſt. de legat.* *l.* 1. *& ſeqq. ff. de dote prælegat.* alienam, aut ejus æſtimationem *d.* §. 4. *Inſt. de leg.* §. 1. *Inſt. de ſingul. reb. per fideic. relict.* *l. cum ſervus.* 39. §. *conſtat.* 7. *& ſeqq.* *l. ſed ſi res aliena.* 40. *l. ſi domus.* 71. §. 3. *ff. de legat.* 1. fructus in fundo natos. *l. quod in.* 24. *ff. de legat.* 1. Facere oportere, ut debitorem ab obligatione liberare, vel in totum, vel pro parte, vel ad tempus. §. 13. *Inſt. de legat. tot. tit. ff. de liberat. legat.* actiones ſuas præſtare. *d. l. cum ſervus.* 39. §. 2. *ff. de legat.*

gat. 1. *l. ſervum filij.* 44. §. *cum.* 5 *&* 6. *ff. de legat.* 1. domum alicujus reficere, vel ædificare palatium, ponere ſtatuam. *l. mortuo.* 49. §. 4. *ff. de legat.* 2. *l. fideicommiſſa.* 11. §. 23 *&* 24. *ff. de legat.* 3. vel legatarium ære alieno liberare. *§.* 21. *Inſt. de legat.* Veniunt quoque nonnunquam acceſſiones. *l. ſi ex toto.* 8. *princ. l. quod in rerum.* 24. *§.* 2. *ff. de legat.* 1. uſuræ & fructus. *l. ſi quis.* 23. *ff. de legat.* 1. *l. qui ſolidam.* 78. *§.* 2. *ff. de legat.* 3. *l. is qui fideicommiſſum.* 26. *ff. de legat.* 3. *l. cum ſervus.* 39. *§.* 1. *ff. de legat.* 1. damna per heredem data. *l. cum res.* 47. *§.* 7. *& ſeqq. l. quid ergo.* 53. *§.* 3. *ff. de legat.* 1.

Positio XXVIII.

Cum plerumque, ut ſupra dictum, id accidat, ut extra id, quod ageretur, tacita obligatio naſcatur. *l. is qui.* 13. *§. fin. in fin. ff. comm.* inde ex quaſi contractu, oritur condictio, cauſa dati, cauſa non ſecuta, & ſi qua alia ſimilis, in quibus actores intendunt dare aut facere oportere, e. g. res detur cum fructibus & acceſſionibus. *l. qui ſe debere.* 7. *§. ult. ff. de condict. cauſ. data. l.* 1. *§.* 2. *ff. de cond. ob turp. cauſ. l.* 4. *C. eod. l. indebiti.* 15. *pr. ff. de cond. indeb.* ut reſtituatur jus ob cauſam remiſſum. *l. ſi quis.* 4. *ff. de cond. cauſ. dat.* reddatur chirographum. *l. cum & ſoluta.* 3. *C. de condict. indeb. l. is qui plus.* 31. *ff. eod.* Plane odio furum, quo pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, ut fures condictione furtiva teneantur; ſi apparet eos dare oportere. *§.* 14. *Inſt. de action.* tum, ſi adhuc res extat, tùm ſi perierit, cum fructibus, intereſſe, meliorationibus. *l.* 3. *l. in re.* 8. *princ. & l. ſeq. l. ex argento.* 13. *l. qui furtum.* 16. *princ. ff. de cond. furt.*

Positio

Positio XXIX.

Condictionibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur, in Digeſtis & Codice ſubjicitur Titulus de condictionibus ex lege, in quibus actor, adverſarium ex lege ſibi dare aut facere oportere intendit. Dicitur ex lege, quia ad quid hæc actio competat, certa regula definiri nequit. Dare debitum intendit Fiſcus debitorem ſui debitoris, qui ſolvendo non eſt, etiam ante diem. *l. 1. C. de condict. ex lege.* liberi intendunt dare ſupplementum legitimæ. *l. omnimodo.* 30. *l. ſcimus.* 36. *C. de inoff. teſtam.* donaturius rem nudo pacto promiſſam. *l. ſi quis.* 35. *§. ult. C. de donat.* poſſeſſor hereditatis victus impenſas bona fide factas, *l. ult. §. 1. in fin. C. de petit. heredit.* debitor rem vel pecuniam debitam ab ipſomet non ſponte creditori datam. *l. exſtat.* 13. *ff. quod met. cauſ.* Facere vero intendit, locator cui conductor finita locatione rem non reſtituit. *l. abs re.* 10. *C. und. vi. l conductores.* 34. *C. locat.* Diffamatus *ex lege diffamari.* 5. *C. de ingen. man.* intendit diffamatorem agere debere. In judiciis diviſoriis actor intendit, quod inæqualiter factum eſſe conſtiterit in melius reformetur. *l. 3. Comm. utr. judic.* & ſi quæ ſunt alia exempla. Cum verò etiam dentur condictiones ex canone & ex moribus hodiernis, ex Conſtitutionibus Imperii generalibus, & Principum, Statuumque Ordinationibus, Conſuetudinibus, & Statutis localibus, an actor agere aut facere oportere intendat, ex tenore legum hodiernarum & conſuetudinum obſervandum eſt.

Positio XXX.

In actionibus perſonalibus ortis ex delictis veris intendunt agentes, reos dare oportere. ut in furto, ait dominus, in manifeſto quadruplum, in non manifeſto duplum æſtimationis rei ablatæ. §. 5. *Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. l. in furti. 50. ff. de furt.* non dominus utilitatis ſive intereſſe æſtimationis quadruplum vel duplum. *l. ſi vendidero.* 80. §. 1. *ff. de furt.* §. *furti*, 13. *& ſeqq. Inſt. eod.* In lege Aquilia, ex primo capite, quanti homo, aut quadrupes in eo anno plurimi fuerit, tantum reus domino dare damnetur; & ex tertio capite, quanti in diebus triginta proximis res rupta vel læſa fuerit plurimi, obligetur is, qui damnum dederit. *princ. &* §. 14. *Inſt. ad L. Aquil. l. 2. l. ſi ſervus.* 27. §. 5. *ff. eod.* In actione injuriarum, ex L. Cornelia, quanti injuria fuerit æſtimata. *l. Prætor.* 7. §. *poſſe.* 6. *l. injuriarum.* 21. *l. conſtitutionibus.* 37. §. 1. *ff. de injur.* Facere oportere intendit actor in actione legis Aquiliæ, ut ſolvere expenſas & operas, ſi liber homo fuerit vulneratus. *arg. l. 3. ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dic. l. fin. ff. de his qui effud. vel dejec.* In actione injuriarum. e. g. ut ea, quæ infamandi cauſa in monumenta publica poſita ſunt, tollantur de medio. *d. l. 37. §. 1. ff. de injur.*

Positio XXXI.

Ex quaſi delictis quæ competunt actiones, intendunt agentes. (1.) pars imprudentia judicantis læſa, male judicantem, in quantum de ea re æquum religioni judicantis viſum fuerit, pœnam ſuſtinere. *l. ult.*

E *ff. de*

de extraord. cognit. §.1.*Inſt.de obl.quæ quaſ.ex delict. naſc.* (2.) de effuſis vel dejectis, is, cui damnum datum, ait, habitatorem debere dare duplum, quantum damni datum eſt; & ob hominem liberum occiſum pœnam 50. aureorum; ſi verò vivat, nocitumque ſit, quantum ob eam rem æquum judici videtur, debere condemnari. §. 2. *Inſt. eod. l.* 1. *ff. de effuſ. vel. dejec.* (3.) de depoſito aut ſuſpenſo periculoſe, ait quilibet ex populo, qui primo agit, reum debere decem aureorum pœnam dare. *l.* 5. §. 5. *ff. dict. tit.* (4.) de damno aut furto in navi, caupona aut ſtabulo dato, ait, qui damnum paſſus eſt, reum oportere dare duplum. *l. ult.* §.1.*ff. naut. caup. ſtabul. l.*1.§.2.*ff. furt. adverſ. naut. &c.* §. *ult. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex del. naſc.*

Positio XXXII.

In *feudorum* quoque jure dantur actiones perſonales, in quibus dominus feudi, poſt ejus conſtitutionem, maximé in oblatis, intendit, actione ex contractu feudali, vaſallum facere oportere, id eſt, rem ſuam, ab Eo, tanquam domino recognoſcere, vel heredem, aut legatarium, cui in teſtamento à teſtatore res aliqua relicta eſt, ab agente in feudum recipere. Si feudum emptitium, vaſallum pretium dare oportere. Conſtituto & acquiſito feudo, ſi dominus, eo caſu, quo vaſallus ſervitia, vel ex pacto inveſtituræ, vel ex conventione juris feudalis, ſibi debita non præſtat, malit potius ea à vaſallo præſtari, tum ſi in inveſtitura certa ſervitia, mediante ſtipulatione promiſſa ſunt, actionem ex ſtipulatu, ſi vero abſque præmiſſa ſtipulatione promiſſa

miſſa ſunt, actionem præſcriptis verbis ad ea præſtanda contra vaſallum inſtituere poteſt.

Positio XXXIII.

E contra vaſallo contra dominum datur actio perſonalis, intendit, ſi de feudo acquirendo quæſtio eſt, ob nudam promiſſionem de inveſtiendo, dominum facere debere, alternativè, vel feudi promiſſi poſſeſſionem tradere, vel pro feudo intereſſe ſolvere. Quod ſi abuſiva intervenerit inveſtitura, præciſe tradere debere. Si res aliena in feudum conceſſa, tum eâ evicta, intendit dominum oportere, vel ejuſdem æſtimationis feudum reſtituere, vel nummos in feudum dandos numerare, *cap. negotium. 2. Feud. 25.*

Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiant, alioqui, quam ex multis variiſq; cauſis in actionibus perſonalibus, vel ad dandum, vel ad faciendum, vel aliis modis actor agere poſſit, tam ex juris Cæſarei & Canonici libris, quam ex Conſtitutionibus Rerumpublicarum, maximè verò ex ipſis rerum argumentis, privato quilibet ſtudio facile inveniet & dicta ſupplebit.

Corollaria.

I.

Conſenſus parentum jure divino, canonico, Juſtinianeo & hodierno ad matrimonium neceſſarius eſt.

II.

Polygamia ſimultanea juri naturali, canonico & civili prohibita.

III.

Matrimonium contra jus divinum initum, nec temporis curſu, nec numero liberorum confirmandum.

IV.

Pupillus & minor in contractibus bilateratibus ſine authoritate tutoris, & curatoris conſenſu, naturaliter & civiliter validè obligari poſſunt.

V.

Quaſi uſusfructus per actus inter vivos conſtitui non poteſt.

VI.

VI.

Teſtamentum implicitum, ſive relativum, ut periculoſum, ita nec jure civili, nec canonico fundatum eſt.

VII.

Poſthumus in teſtamento præteritus, natus rumpit teſtamentum, etiam quoad legata, & fideicommiſſa.

VIII.

Pater inter liberos ſpurios teſtamentum privilegiatum condere nequit.

IX.

Obligatio vel eſt naturalis vel civilis, mixtam non agnoſcimus.

X.

In contractu commodati, depoſiti, pignoris, rem repetenti non illico reſtituens, non ſemper in duplum condemnandus eſt.

XI.

Mandatarius ex natura formaque contractus tantum de levi culpa tenetur.

XII.

Econtra, in actione pigneratitia, & dolus, & culpa, ut in commodato, venit & cuſtodia, vis major non venit.

XIII,

Feudum emptitium proprium feudum eſſe non videtur.

XIV.

Feudum, in præjudicium tertii oblatum, injuſtum eſt, ac conſcientiam onerat.

XV.

Aſcendentes in feudo antiquo recte ſuccedunt.

XVI.

De feudo in teſtamento diſponere, quoad jus vaſalli, non eſt prohibitum.

WIe Herꝛ Ruſch bißhero die Studia getrieben/
Wird jetzund kund gethan mit ſonderbahren
rühmen.
Wann Er ins künfftige hierinnen fähret fort/
Wird Er gelangen dann zum längſt-erwünſchten
Port.

Heinrich der XXVI. Graf Reuß/
und Herꝛ von Plauen.

ANtea Bellonæ, repetis nunc caſtra Themiſtis.
Genuine, Ruschi, divæ nate Palladis.

Gratulabund. Poſ.

Johannes Schilter.

Prænobili & Genoroſo Domino

MATHIÆ JACOBO RUOSCH,

Ex præfecto militari,

Cathedram Juridicam conſcendenti,

SEmita cui *duplex* teritur virtutis, honoris
Hunc meritò ac laudis *bina* brabea manent.
Cæſarem id *ex utroq;* decet, conjungere Leges
Armis; nè nimium barbariem ſapiat,
Cogitat armatus Leges; & cogitat arma,
Legibus ut robur præſidiumque paret.
Dignus, hic, en, cui Tu, Princeps, certamina *Belli*
Credas, qui & *Pacis* tempora tuta regat,

p.

Johannes Henricus Felz, U. J. D.
& PP. p.t. Univerſitatis Rector.

Jura

JUra doces Rouschi, quæ ſacra volumina pandunt,
Quæ Themidos Myſtas enucleaſſe juvat.
Nunc age, conflictus ſupereſt, defenſio juſta
Propugnanda *Tibi*, cauſaque juſta *Tibi.*
Hæcce lucrum referant, magniq; ſequantur honores,
Succedant ſtudiis proſpera quæque *Tuis.*
Norma Tibi ſtudium, praxis, Præclari *vita* Parentis,
Tempore ſic fauſto, Rouschius *alter eris.*

Hiſce
Nobiliſſimo atq; Præcellenti
DN. RESPONDENTI ſuo
gratulari voluit
PRÆSES.

---

*A*SCENDIT *Cathedram Legum facundus Amator*
Quem ſibi ſelegit Sola Minerva thronum.
Propugnare auſus Sacrata Oracula Legum
Eximium certè Nobilitatis opus!
Nempe, ſub Auguſta certavit Pallade, ſemper,
Eſt facilè tutus, quem ſacra Scuta tegunt.
Actio, quam geſſit, fortunato Omine ceſſit
Felix: & fateor, qui bene, Vincit, Agit.

Nobili Dn. Defendenti
Cathedram Juridicam Conſcendenti
Debitum contractæ Amicitiæ officium conteſtaturus
Cecinit
Johannes Dagobertus Friz,
Candidatus J.

***